



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Cratone martyre. Cap[itulum]. cxxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

basianus et agathon igne combusti fuerunt. Dionysius autem et amonius gladio cedente passionem consumauerunt. xvi. kalendas martij. Bechtheronymus in martylogio.

De sancto Sifinnio episcopo. Cap. cxxv.



Sifinnius episcopus

thasineus. qui ciuitas est prope ephesum et vocatur thaus apud ipsam urbem claruit. hic euryo et eutitica nobilibus parentibus in ymne ciuitatis ortus est. quorum precibus a deo obtentus est. cum prius prole careret: et gratia suscipiente sobolis ecclesiam beati iohannis euangeliste apud ephesum sepius cum oblationibus uisitare. Qui dum infans adhuc uera matris lamberet: quarta sexta feria et sabbato semel tamen in die mammillas suggebat. Eum autem esset annorum octo a patre liberalibus disciplinis imbuendus traditur et in eius breui tempore perfectus eruditur. Die quadam missus a patre ut blada subiectis sibi gentibus dispensaret: rotam triticum pauperibus erogauit: quod pater audiens moleste tulit: ad suggestionem tamen filij ad horrea que prius ille uacauerat processit: et ea omnia decoro et nouo frumento repleta diuinitus inuenit. Mortuo quoque episcopo thasineo. theodorus episcopus ephesinus metropolitanius ipse diuina reuelatione eidem ciuitati sifinnium licet satis recusantem eum adhuc esset annorum viginti in episcopum prefecit. Qui gregem dolicum sibi commissum uerbis et exemplis solite pascere curauit. Eum quidam leontius presbyter per annos octo loquela amisisset: sifinnius ei in christi nomine mandauit: ut die natalis domini tunc de proximo futuro missas populo celebraret: quod et ille adimpleuit: loquela sibi exinde plenius restituta. Post hec sifinnius filium mulieris uidue ab annis trini. maligno uexatum spiritu: post triduanum seium et orationem ac uigiliis as tribus diebus in ecclesia celebratis a demonio liberauit. Sed dum per annos xxxiiii. ecclesiam suam feliciter gubernasset die quadam hora sexta eo celebrante audita est uox de celis eum ad celestia uocans. Qui omni clero et populo conuocato: et in domino confortato: ea die qua postmodum decessit se ad dominum migraturum predicauit: et ut predicaretur sic euenit. Qui uenit nanque in pace. xvi. kalendas martij. Eius corpus in ecclesia sancti iohannis euangeliste apud ephesum prout ipse iusserat delatum: ibique condigna ueneratione tumularum seruatur.

De sancto Eratone martyre. Cap. cxxvi.



Eratone martyr ciuis

athensensis orator insignis Rome passus est. Eius cum filium ceremonem contractum sanctus ualentinus episcopus sanasset: ut dictum est in eius

passione. xvi. kal. martij. conuersus est ad christum craton cum filio et omni familia sua: et ab eodem episcopo baptizati sunt. Postquam uero ualentinus episcopus passus est. Eraton etiam a senatu romano ex inuidia deuentus et eorum sententia decollatus est. Eius corpus cerimon filius sepepeliuit in predio suo. xv. kalendas martij. Qui post patris martyrium in sanctis operibus christo deseruens: et ipse post tempus aliquod laudabiliter ex hac uita decessit.

De sanctis Faustino et Iouita martyribus. Cap. cxxvii.



Faustinus et Iouita

adriano imperatore. Quorum prior in presbyterum: secundus uero in diaconum in ciuitate mediolanensi a sancto apollonio episcopo ordinati: apud britanniam christum dominum predicabant. Quos imperator adrianus ipsam urbem ingressus comprehendi fecit: et sacrificare nolentes in equuleo leuari et torqueri iussit. Qui cum ex equuleo soluti ante capitulum starent ille: unus de ministris nomine calocerus conuersus est: et magnum deum christianorum clamare cepit. Quem adrianus extra capitulum eici fecit: faustinum uero et iouitam in ergastulo concludi. Ad quos uisendos christus noctu uentus cum luce nimia confortauit eos. Eumque hec custodes carceris calocero nunciassent uenit ille ad ostium carceris: et uisionem uidit: atque a domino exhortationem accepit: ipse uero custodibus fidem christi predicauit: et eos ipsa nocte conuertit. Et cum a sanctis martyribus omnes stantes ante ianuam carceris baptismum expeterent: angelus domini eduxit sanctos ianuam clausam: qui calocerum cum militibus ad sanctum apollonium adduxerunt. Illeque ipsos baptizauit hora quasi xij. Et cum altare non haberent: in quo dominicum corpus conficerent: subito apparuit quasi linteamen niuicum extensum habes corpus domini inuolutum cum quattuor luminaribus accensis. Sicque omnes sacra eucharistia sumpserunt. Deinde ab angelo confortati sunt. Qui et sanctos martyres in carcerem reduxit: et cum eis caloceri et eius milites clausis ianuis et signatis intromisit. Mane autem facto cum hec adrianus uideret: et quod calocerum cum eius officio intra carcerem ianuam clausam introisset. Iratus omnes milites illos ante se adduci precepit: et eos omnes christum confitentem decollari mandauit. Calocerum uero faustinum et iouitam secum uinctos mediolanum adduxit. Quos sacrificare nolentes in equuleo leuatos diuina dante torqueri: deinde lampades ar-